

Domino¹ veniatis, de manu summi pontificis dyadema² imperii divina³ permittente clemencia recepturi.

3) Papst Urban IV. fordert König Richard von Cornwall auf, dem Kardinalpresbyter Johann von S. Laurentius in Lucina den Rest der Ausgaben, die er für ihn bei der Senatorwahl in Rom gemacht habe, ohne Verzug zu erstatten⁴.

Viterbo, etwa Ende 1261 oder Anf. 1262.

Tue⁵ devocionis eximie puritatem providencia divina conspiciens nomen tuum laudis humane⁶ voluit extolli preconiiis et precipuis favoribus⁷ sublimari, ut honorari tanquam devocionis filius merito deberes ab omnibus et⁸ singulis, quem ipse dominantium dominus⁹ exaltavit. Inter alios autem, qui celsitudinis regie fastigia felicibus desiderant auspiciis adaugeri, [Johannes] cardinalis ad id, prout operum experimento percepimus, te sue intencionis puritatem¹⁰ probabiliter agnoscente¹¹, specialiter est intentus, non dubitans ad omnia, que tuum respiciant¹² aut respicere credat honorem, exponere¹³ totaliter posse suum, de regia nec mirum serenitate confisus, quod ipse sic diligitur¹⁴, ut diligit, et¹⁵ sicut per eum, ubi¹⁶ potest, magnificencie tue promovetur augmentum, sic per te manuteneri debeat honor eius. Cum igitur idem cardinalis exaltacioni¹⁷ tui nominis ferventer¹⁸ intendens quamdam pro te in Urbe non modicam expenderit¹⁹ de proprio pecunie quantitatem, de qua pro parte²⁰ iam sibi reputat satisfactum, rogamus, quatenus de residuo ipsius pecunie usque ad illam quantitatem, que tibi per eiusdem cardinalis literas innotescit, ita quod alia probacio vel certitudo ab eodem cardinali de ipsa pecunia nullatenus exigatur, ei vel suo procuratori eius nomine ob reverenciam apostolice sedis et nostram, submoto cuiuslibet difficultatis et dilacionis²¹ obstaculo plenam satisfactionem²² inpendas²³,

1) 'dante Dom. feliciter' P. 2) 'deadema' D; 'diadema' P.
 3) fehlt V 2. 4) In V 1 fol. 123, V 2 fol. 212 v. 5) Ueberschrift:
 'Scribitur fratri regis Anglie (fehlt V 2), quod satisfaciat cardinali de hiis,
 que pro ipso expendit in urbe ('in urbe' fehlt V 2)'. 6) 'hominum' V 1.
 7) 'honoribus' V 1. 8) 'vel' V 2. 9) 'dominus dominantium' V 2.
 10) 'pur. int.' V 2. 11) 'anoscentem' V 1. 12) 'respiciunt' V 1. 13) 'ap-
 ponere' V 2. 14) 'diligenter' V 1. 15) fehlt V 2. 16) fehlt V 2.
 17) 'exaltacionem' V 2. 18) So wohl zu lesen statt 'frequenter' V 2;
 fehlt V 1. 19) 'expenderat' V 2. 20) 'in partem' V 2. 21) 'et
 dilacionis' fehlt V 2. 22) 'satisfacionem' V 1. V 2. 23) 'inpendatis' V 2.